D. RODERICI OR-DOÑEZ PORTOCARRE-RO IN INCLYTO SALMANTICENSI

Gymnaſio publici Iuris Ciuilis profeſſoris in difficilli-mam.l.Si pater.C.de inſtitu.& ſubſtitu. ſub conditione factis,

PRO OBTINENDA LICENTIÆ LAVREA HABITA REPETITIO.

BIBLIOTECA UNIVERSITARIA SALAMANCA

Coll. Soc. Iesv Salm. ex dono Regis.

Num. caso. 7. num. 4.

Cum Licentia.

SALMANTICÆ,
Excudebat Ioannes Ferdinandus.
M. D. LXXXVIII.

D. RODERICVS ORDONIVS PORTOcarrero in florentiſsima Salmanticenſi Academia legum profeſſor, Ad. l. ſi pater. C. de inſtitut. & ſubſtitutio. ſub condit. factis.

Imperator Alexand. AEmilio lex. 4.

SI pater filium, quem in poteſtate habebat, ſub conditione quæ in ipſius poteſtate non erat, hæredem ſcripſit: nec in defectum eius exhæredauit, iure teſtatus non videtur. Cum autem trans mare, & longe te agentem, ſub hac conditione hæredem ſcriptum eſſe dicas, ſi in patriam quæ in prouincia Mauritaniæ erat, regreſſus fuiſſes, nec exhæredatum te alleges, ſi in eum locum non rediſſes manifeſtum eſt multis caſibus non voluntarijs, ſed fortuitis euenire potuiſſe, vt eam implere non poſſes, & ideo adire hæreditatem non prohiberis.

SVMMA RERVM CAPITA Ex. l. ſi pater.

1 *Quæ ſit conditio poteſtatiua magis facti quam iuris quæſtio eſt & de conditione poteſtatiua in genere traduntur nonnulla.*

2 *Qualiter accipiendum quod dicitur apud Vlpianum eſſe ad generalem diffinitionem recurrendũ & quid de ea re Accurſ. ſenſerit.*

3 *Raphael. Cuma. ab Accurſ. diſſenſio notatur.*

4 *Probabilis inter has contrarias opiniones obſeruatur conciliatio.*

5 *Conditio, ſi Alexandriam ierit, filij qui prope eum locum non agebat inſtitutioni adiecta teſtamentum vitiat.*

6 *Accurſij interpretatio ad. l. ſi. ff. de condit. inſtit. vindicatur pro virili a Barberani calumnijs.*

7 *Intellectus. l. ſuus quoq; §. puto. ff. de hæredib. inſtituend.*